Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Zacharias fungebatur sacerdotio sic continetur in paralipomenon
ita ut tempore quo non illos contigebat deseruire altari domorum suarum
agerent curam ad ubi autem tempus imminebat ministerii purificati aliquantis
diebus accedebant ad templum offerre dominum nunc autem septem diaconos eos oportet
aliquantos presbiteros ut bini sint per ecclesias unus in ciuitate episcopus hoc omnis
a conuentu femine abstinere debere quia necesse est eos cotidie presto esse in ecclesia
per hebdomadem habere dilectionem ut post conuentum legitime purificentur sicut
uetere omni enim ebdomada efferendum est ita sinon cotidie peregrinis
incolis tamen uel bis in ebdomada et de non sunt qui prope cotidie baptizentur. aegrinam uteribus ideo concessum est quia multo tempore in templo
non uidebantur sederant priuati sicuti plebis hominibus orationis causa
ad tempus abstinere se percipit ut uacent orationi quanto magis leuitas
aut sacerdotibus quos die noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare
mundiores ergo esse debent ceteris quia auditores disunt. Haec tibi scribo
speranse cito me uenire ad te si autem tardauero ut scias quemadmodum
oportet te in domo dei conuersari quae est ecclesia dei uiui columna et firmamentum ueritatis. Quantum ad scientiam dei pertinebat hoc erat in eo quod citius
illum uisurus esset sed quia solet aliud deo placere cuius prouidentia ipsi
soli cognitae ideirco peposcit in quid tardem scribo tibi ut scias quomodo
ecclesiam ordinet quae est domus dei ut cum totus mundus dicit ecclesiam domum dei
dicatur cuius hodie rectorem damasus. mundus enim in praeuaricatione est
diuerso turbatus errore ideo illic necesse est dicatur esse domus dei et ue
ritas ubi secundum ueritatem suam tamen hoc profitentibus haec signa ut
quae a nullo alio fieri possunt ut his infidelitas accusata in excusabi
lis peccat firmamentum enim ueritatis huius signa sunt et prodigia. Et qui
dem omnium confessione magnum est huius pietatis mysterium.
Nullum fidelium admirari negat sacramentum ueritatis in ecclesia praedica
re quam pietatem oppellat magnanimitate enim est clementia sua cognuscen
tibus sed diuina tribuit dona exceptare missione peccatorum quam huic inpertiti